

plenitudinem potestatis; et quod super hoc contra nos controversiam et litigium de facto movebat^{y)} et iura imperii etiam hostiliter^{z)} sibi^{a)} usurpare pro viribus conabatur, et nos et imperii nostri fideles, quantum poterat, tamquam adversarius, hostis et inimicus noster^{b)} et imperii persequi nitebatur. Unde etiam^{c)} contra eum tamquam contra^{d)} adversarium, inimicum et hostem nostrum^{b)} et etiam^{e)} imperii pro defensione^{f)} nostra^{f)} et fidelium nostrorum et iuris imperialis et fidei catholice appellavimus^{g)} ad futurum generale concilium^{h)} in loco tuto et securo, modo debito et secundum formam sacrorum canonum congregandum⁵⁰⁾. Ex quibus sequitur manifeste, quod dicti^{h')} processus, immoⁱ⁾ verius excessusⁱ⁾, per dictum Iohannem contra nos et fideles nostros et^{k)} iura imperii^{l)} facti fuerunt^{m)} in propria causa etⁿ⁾ temere et^{o)} perperam attemptati^{p)}, et quod ipse in ipsis processibus se iudicem simul et partem^{q)} effecit, ac^{r)} per consequens quod fuerunt irriti et nullius penitus firmitatis^{r)}.

Tertio obicitur^{s)} contra nos, quod dictus Iohannes tam in nos quam in omnes sequaces et fideles nostros habentes^{t)} et tenentes nos pro imperatore vero et legitimo, et nobis^{u)} tamquam imperatori obedientes et reverentiam exhibentes, et in omnes admittentes nos ad divina seu nobiscum participantes in divinis aut^{v)} divina officia celebrantes coram nobis et^{v')} prebentes nobis auxilium, consilium^{w)} et favorem de facto

y) movebatur E

z) folgt et E

a) fehlt K

b) noster — nostrum fehlt NpNv

c) et G

d) fehlt G

e) fehlt NpNvG

f) nostra defensione NpNv

g) appellamus VG

h) consilium NpNv

h') predicti E

i) immo — excessus fehlt NpNv

k) ac NpNv

l) folgt nostri NpNv

m) sunt NpNv

n) fehlt V

o) ac NpNv

p) attentati NpNvG

q) folgt et partem Nv

r) ac — firmitatis fehlt G

s) obiicitur G

t) fehlt NpNv

u) fehlt Nv

v) seu Np; seu in Nv

v') folgt in V

w) concilium KV

⁵⁰⁾ Die betreffende Stelle der sog. Sachsenhäuser Appellation vom 22. 5. 1324 lautet: ... *ad predictum generale concilium, quod instanter et cum instancia repetita in loco tuto nobis et nostris convocari petimus, et ad verum legitimum futurum summum pontificem et ad sanctam ecclesiam matrem nostram et apostolicam sedem vel ad alios, ad quem vel ad quos fuerit appellandum, provocamus et appellamus* ... (MGH Const. 5 Nr. 909, S. 744 und Nr. 910, S. 753).